



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini  
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,  
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

**Erbermann, Veit**

**Herbipoli, 1661**

Cap. VIII. De operum bonorum imperfectione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9498**



quo non avertit simpliciter, ideoque in Scriptura peccatores & peccatum absolute sumptum stat pro principali analogato, mortali scil. quo solo avertitur homo à suo ultimo fine. Et in ordine ad hunc rectè etiam Bell. cum S. Thoma dixit, veniale esse potius prater, quam contra Legem DEI. Si enim hoc non accipiatur in ordine ad finem ultimum, verum non esset, ut bene etiam agnoscit Tannerus Disp. IV. qu. 5. num. 40.

## CAPVT OCTAVVM.

### De Operum bonorum imperfectione.

Amesius. *Questionem ita proponit Bell. quasi Opera bona (iuxta nostram sententiam) ex natura sua esse peccata mortalia; quod est falsissimum: Sed ipsemet in Conclusionem primi argumenti satis ostendit, non ignotum sibi fuisse, quid hac in re doceamus; Opera scil. bona imperfectum, dum adhuc sunt in statu imperfectionis, esse imperfecta, & in sese peccato maculata. Hoc illud est, quod in hac causa Nos affirmamus, & Bellarminus negat. Quàm hoc sit splendidum mendacium Amesii, jam patet ex prox. capite, ubi ex Lutheri, Calvini, ac præcipue ex Phil. Melanchthonis apertis verbis (Canone Ecclesiastico dignis, si Luthero credimus) Sole meridiano clariùs ostensum est, verissimum esse, quod Amesius falsissimum pronunciat. Illos enim Patriarchas Neo-Evangelicos, non verò eos qui tunc fortè necdum concepti erant, novissimos Novatores, qui que paria audendi æquo jure (vel injurià potius) cum suis Magistris gaudent, impugnandos sibi sumpsit Bellarminus. Quanquam & hæc ipsa Amesii moderatio à veritate adhuc longissimè abest, ut ex dicendis constabit.*

Probatur ergo assertio Catholica I. ex SS. Scripturis. Iob. 1. *In omnibus his non peccavit Iob labiis suis &c. Et ne de labiis, non verò de corde id accipiatur, in* cap. 2.

cap. 2. dicitur  
à malo, &  
tatis testim  
ei contrad  
VS innocen  
dici sua, id e  
Rabbinoru  
logi longè a  
militar Dav  
121. non fo  
censebat,  
posse subfi  
infitiam sua  
fusser. A  
expositione  
quæ si sola  
utunque:  
non hostes  
tetur inno  
Christus:  
tum lucidum  
dum fuerit,  
lucidum totu  
ubi sine du  
genere suo  
tiis; quale  
torum, nec  
mesius hîc  
dein subji  
quodlibet cas  
1. Cor. 3. su  
veræ Fidei a  
habeant vit  
des pretiosi i  
stunt. Au  
obryzum.  
pides preti  
probatur, i



cap. 2. dicitur à DEO, *vir simplex & rectus, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam.* Sed hoc Veritatis testimonium Amesius nihil curat, imò aperte ei contradicit, dum damnat peccati, quem ipse DEVS innocentem pronuntiavit. *Maledixit, inquit, dii sui, id est peccavit.* At quorum est hæc Glossa nisi Rabbīnorum & hæreticorum? SS. Patres & Theologi longè aliter. Videatur Pineda in c. 3. Job. 2. Similiter David Ps. 7. 9. & 6. 1. & 17. 21. & 25. 2. & 118. 121. non solum opera sua justitiæ nomine oranda censebat, sed etiam in iudicio DEI confidebat ea posse subsistere; alioqui petens *judicari secundum iniquitatem suam*, damnationem pro absolutione quaesisset. Amesius frustra confugit ad C. Contareni expositionem, quæ tantum agit de verbis Psal. 17. quæ si sola essent, fortè sustineri posset ea expositio utcumque: at in reliquis locis directè DEVM & non hostes suos alloquitur, ac coram illo se proficitur innocenter & justè egisse. 3. Matth. 6 ait Christus: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: & Luc. 11. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit Te:* ubi sine dubio describit opus perfectè bonum ex genere suo, & ex intentione, aliis que circumstantiis; quale opus sanè Veritas pronunciat lucidum totum, nec ullam habens partem tenebrarum. Amesius hîc quasi stupens interrogat: *Ergo quid?* ac dein subjicit tria effugia & Glossas tam insulas & quodlibeticas, ut pigeat referre. 4. Iuxta Apostolum 1. Cor. 3. sunt quædam opera supra fundamentum veræ Fidei ædificata adeò bona, ut nihil omnino habeant vitii, adeoque velut *aurum, argentum, lapides pretiosi in igne divini iudicii probantur & subsistunt.* Amesius ait: *Aurum ipsum non semper est obryzum.* Quis nescit? At illud quod æque ac lapides pretiosi igne divini iudicii probatur, & approbatur, ideoque subsistit, quis ausit negare obryzum?



zum? 5. Iac. 3. dicitur: *In multis offendimus omnes.* Ergo non in omnibus omnes. Hic filet Amesius. 6. Passim Scriptura hortatur ut non peccemus. Ergo non in omnibus operibus necessario peccamus. Ad quid enim exhortari ad impossibile? Amesius ait, *Eandem Scripturam testari, neminem esse qui non peccet.* Sic est, at nulla hic contradictio, ut constat ex dictis cap. prox. 7. Eadem testatur, *Opera iustorum placere DEO;* quod certe verum non esset, si forent peccata mortalia, aut etiam quòquo modo vitiosa. Amesius ait: *Non placere suam dignitate, sed in Christo.* Estote Placent sanè quia sunt opera filii adoptivi DEI, quæ valorem trahunt ex meritis Christi. Peccata certe nec in Christo placere DEO possunt. 8. Opera iustorum absolute vocantur *bona.* Matt. 5. 1 Tim. 6. Tit. 3. Eph. 2. At si essent pecc. mortalia, dicenda essent potius mala quàm bona, Malum enim est ex quocunque defectu, absolute bonum non nisi ex integra causa, ut cum S. Dion. DD. comuniter, Amesius nihil ad rem dicit.

Probatur II. ex SS. Ambr. Hier. August. Greg. Bern. &c. luculentis testimoniis à Bell. relatis; sed quorum Amesius nec verbo mentionem fecit.

Probatur III. Ratione gemina. Prior est, quia si opera bona iustorum essent omnia vitiosa & corrupta, ita ut pecc. mort. ex natura sua dici deberent; id sine dubio vel ex innata Concupiscentia, vel ex defectu dilectionis DEI, vel ex admittione pecc. venialium nasceretur: (istas enim causas adversarii reddere solent.) At nihil horum contaminare potest opera iustorum bona. Ergo. Non 1. quia concupiscentia ipsa non est peccatum formaliter, nisi ei consentiatur: sed est infirmitas, ut cum S. Aug. l. de perf. Iust. dictum est lib. II. Nec 2. quia minor fervor dilectionis, est quidem defectus, sed non culpa, ut docet S. Aug. l. de Spir. & lit. cap. ult. unde & habitualis Caritas viatorum licet comparata Caritati bea-



beatorum sit imperfecta, absolute tamen perfecta appellatur 1. Ioan. 2. & 5. & à S. Aug. l. 1. de Christ. c. 59. &c. Neque 3. Tum quia non necessario singulis operibus admiscetur veniale pecc. ut docent I P. & ipsa experientia: Tum quia pecc. veniale non contrariatur absolute Caritati, sed tantum eius fervori. Amelius præter inania verba nil reponit. Altera Ratio ducitur ab absurdis. 1. quia si omnia iustorum opera essent pecc. etiam opus Fidei, quo iustificamur, & oratio qua petimus remitti nobis peccata. At nonne absurdissimum est, hominem per peccatum iustificari, & querere remissionem peccati? 2. quomodo alias Apostolus dicere poterat; *nihil mihi conscius sum*: nullumne bonum opus fecerat? aut ignorabat, illa ipsa bona opera esse peccata mortalia? & nonne maior adhuc fuisset audacia, pro eiusmodi operibus, i. e. pecc. mortalibus expectare à *instituto iudice coronam iustitiae*. 3. quia ipse DEVS peccaret mortaliter: ipse enim operatur in nobis *velle & perficere*, ut testatur Apostolus, quoties bona opera facimus. 4. ingens injuria fieret sic Redemptori, qui juxta Tit. 1. *dedit semetipsum, ut nos mundaret sibi populum acceptabilem &c.* 5. sequeretur aliqua pecc. mortalia esse bona opera; adeoque posse fieri hos Luthero-Calvinicis dignos Syllogismos: Omnia bona opera sunt faciendâ. Aliqua pecc. mortalia sunt bona opera. Ergo. Item, Nullum pecc. mort. est faciendum. Omnia bona opera sunt pecc. mortalia. Ergo. 6. denique implicatur manifesta contradictio. Erunt enim opera bona & non bona; digna præmio & pœna; & per ea serviemus DEO & Diabolo, & simul erimus filii DEI & Diaboli. Nec apparenter hæc solvere quivit Amelius, ac ideo consultissimum putavit, palpabili mendacio statim in limine quæstionis effugium sibi parare, ac statum quæstionis pervertere.



Objicit I. *Tota vita fidelium indiget remissione peccatorum.* Ps. 31. Resp. Non hoc Psalmista eo loco vel apparenter dicit, sed Glossa **Calvini** comminiscitur; **cujus** mirum est, non puduisse adhuc **Amesium**, cum oppositum ex Psalmis Davidicis clare ostenderit **Bellarminus**.

II. Ex Psal. 142. *Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Resp. 1. Iuxta **S. August.** in Comment. ejus loci, homo coram **DEO** justificari non posset, quia ex se justitiam nullam habet, sed si quam habet ex **DEO** habet. 2. juxta **SS. Aug.** in l. de perf. Iust. Hieron. in epist. ad Ctesiph. & **Greg. M.** in eum Ps. refertur hoc dictum ad pecc. venialia, sine quibus in hac vita esse non possumus. Non verò hinc sequitur, omnia nostra opera esse peccata, etsi absque omni peccato vivere nequeamus. 3. juxta **SS. Hilar. Hier. Arnob. Euthym. Bernard. &c.** sensus est, non posse hominem justificari, si comparetur ad **DEVM**; non quod non sit in homine justitia vera, si absolutè consideretur; sed quia tanta est puritas & sublimitas justitiæ **DEI**, ut omnis hominum & Angelorum justitia, cum ea comparata, esse injustitia videatur; sicut etiam stellæ in se clarissimæ, tamen coram sole continuo tenebescunt. **Amesius** vult amplius aliquid indicari in ipso textu, Ne intres &c. Sed cur audierimus Glossatorem Puritanum musteum, qui ipsius quoque **S. Augustini** interpretationes in alienum sensum pervertere satagit?

III. *Non est quisquam justus in terra, qui faciat bonum & non peccet.* Eccl. 7. 21. Resp. Plus hinc non habetur, quam justos viatores aliquando cadere & peccare venialiter, juxta illud **Prov. 24. Septies in die cadit iustus.** Verba prorsus inania reponit **Amesius**; qui & planè omittit illud quo **Bell.** agebat ex **Isa. 64.** (*quasi pannus menstruatus universa iustitia nostra.*) planè triumphare sibi videri hæreticos, cum eum locum semper in ore habeant. Agnovisse igitur viderut, rectè

rectè à **Bellarmino**, **Amesius**, eum locum etiam **Lutherus**

etiam **Lutherus** nomen tuum bita nostra:

opere peccamus, **Amesius** aliquid repetit. Resp. 1. Retinetur Nam Christus quam impeturos quæpeti aliquid conservatio ni opere non veniam quæ bonis nobis debita non mus, si remota nis, venialibus **Amesius**, et **lanchrthonis** bono opere. plenum non re est hæreticus levit. can. 6. 7. tius Concilii supra.

C A I

De

Affertionem justum rucaciter ex lac



rectè à Bellarmino ostensum esse propter tres rationes, eum locum nihil ad rem pertinere; annuente etiam Lutero ac Calvino.

IV. De eo quòd oramus quotidie, *Sanctificetur nomen tuum: Fiat voluntas tua: Dimitte nobis debita nostra*: infertur à Lutero, nos omnes in omni opere peccare, quia non petimus quod non habemus. Amesius hoc argumentum valde mutilavit, & aliquid reponere conatus est ad rem non faciens. Resp. 1. Retorqueri in adversarios rectissimè potest. Nam Christus non docuit nos petere, quæ nunquam impetraturi essemus; imò promisit nos accepturos quod peteremus. Resp. 2. Potest omnino peti aliquid etiam quod jam habemus, nempe ejus conservatio & incrementum. Resp. 3. Non pro omni opere nostro (pro multis enim gratias agimus, non veniam petimus) sed pro venialibus delictis, quæ bonis operibus miscentur, dicimus, *Dimitte nobis debita nostra*. Amesius. Hoc idem est quod nos dicimus, si removeatur vox illa plena mortalis præsumptionis, venialibus. Resp. Splendide hinc primò mentiri Amesium, constat ex dictis Lutheri, Calvini, Melancthonis, qui mortale pecc. asserunt in omni bono opere. Deinde *veniales* aliquas culpas dicere, plenum non est mortalis præsumptionis, sed negare est hæreticæ impietatis, ut constat ex Concil. Milevit. can. 6. 7. & 8. & S. August. qui eos nomine totius Concilii composuit, &c. Videatur lib. 2. cap. 1. supra.

## CAPVT NONVM.

### De Operum Iustificatione.

Affertio Catholica est, Operibus bonis hominem justum magis justificari, quod 1. probatur efficaciter ex Jac. 2. 21. ubi clarè dicitur: *Abraham nonne*